Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

fa. po. suum. Non alius saluum faciet populum
suum a peccatis eorum. Ille dominus qui peccata donat.
Si xpistianus non credis: crede infidelibus vel iudeis
dicentibus. Nemo potest peccata dimittere nisi solus deus.

in omel.

Hoc autem totum est ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ecce uirgo in utero habebit et pariet filium et uocabitur nomen eius emanuel. quod est interpretatum nobiscum deus.

Nos sunt. Remig.
ut hic euangelista ea
que dicit uera certa
uero confirmare probet
iudeos qui christum esse
dicebant ut agnoscerent
ea esse completa
euangelii in gratia que
predicta fuerant in ueteri
testamento. Et ideo dicit
hoc autem totum factum est
etc. Queritur quare est
in hoc loco quod dicit
hoc totum factum esse
cum superius solam
conceptionem narrauerit. Sed sciendum quod hoc
ideo dixit ut demon-
straret quod in prescientia
dei totum factum fu-
it antequam fieret apud
homines cum preterita
et que erat narra-
tor totum factum esse
dixit quia quando hec scrip-
sit iam totum factum
erat. Raba. Vel hoc
totum factum esse dixit.
quod uirgo desponsaretur
quod casta seruaretur
quod grauida inueniretur
quod per angelum reue-
laretur. Vt adimpleret
quod dictum est et cetera. Non
enim hoc impleretur

quod uirgo conciperet. nisi desponsata esset
ne lapidaretur. Et nisi ab angelo secretum dete-
geretur. ut ita eam ioseph acciperet. dimitteret

sam per infamiam effugeret et lapidatione periret.
Signum autem proprium periret. cessaret prophetia que ait.
Pariet filium. Glo. Vel potest dici quod ut non poni-
tur causaliter. Non enim ideo impletum est. quia predictum fuit.
Sed potius ideo predictum fuit quia implendum erat. Poni-
tur autem consecutiue sicut in genesi. Suspendit
alterum in patibulo. ut coniectoris ueritas probaretur.
quia uno suspenso coniectoris ueritas est probata.
Sic et in hoc loco intelligendum est quia hec facta que predicta erant
prophetia impleta est. Criso. Vel aliter. Quia uidet
angelus abyssum diuine misericordie nature leges solu-
tas et eum qui erat omnibus superior ad hominem qui
omnibus erat inferior descendisse. Hec ibi uno
uerbo credidit dicens. Hoc autem totum factum est et cetera.
q. d. Ne putes quod hec nunc deo placuerint
olim preordinata sunt. Decenter autem angelus non uir-
ginem sed ioseph prophetiam inducit quia in prophetis me-
ditatus erat ipse. Et primo quidem uirginem
coniugem appellauerat. Nunc autem uirginem cum propheta
inducit ut hoc a propheta audiret quod diu preme-
ditatum. Vnde ad fidem eorum qui dicebant inducit
ysaiam vel magis deum. Non enim dicit ut impleretur
quod dictum est ab ysaia. sed quod dictum est a domino per ysaiam. — sr ysaiam.
Jeronimus. Quia autem permittitur in propheta dabit dominus ipse
uobis signum nouum debet esse atque mirabile. Si autem
iuuencula uel puella ut iudei uolunt et non uirgo
pariat: quale signum poterit appellari cum hoc nomen
etatis sit non integritatis. Et reuera uirgo hebraice
bethula appellatur que in presenti loco non scribitur
in propheta. Sed pro hoc uerbo positum est halma quod preter lxx.
omnes adolescentulam transtulerunt. Porro halma
apud eos ambiguum est. Dicitur enim et adolescentula et
abscondita. Ergo halma non solum puella uel uirgo.
Sed uirgo abscondita dicitur et secreta que numquam uirorum
patuit aspectibus. Sed magna parentum diligentia
custodita sit. Lingua quoque punica que de he-
breorum fontibus dicitur proprie uirgo halma appellatur. — × dicitur.
Nostro quoque sermone alma dicitur sancta. Omnium quippe pene
linguarum uerbis utuntur hebrei. Et quantum cum meo
pugno memoria numquam me arbitror halma
in muliere nupta legisse. sed de ea que uirgo est
ut non uirgo solum sit. Sed iannis ado

in omel.